tertius *ab initio* *Filiū Dei*. Imposibile est, id est difficultē, explicare Paues, est eos qui post suscepta sacramenta probaluntur in peccata, renoveri ad penitentiam. Prolapsus, non relapsus dicitur in Scriptura. Ergo particula re futilis est, & commentum vanum. Non ne peccatores quolibet peccato mortali, sive hujus, sive alterius speciei, crucifigunt *Filiū Dei*? Subdit *ibidem* *Apostolus*: *Terra enim sapientem super se bibens imbre, & generans herbam opportunitate illi, quibus colitur, accipit benedictionem a Deo; preferens autem spinas, ac tribulos, reproba est, & maledictio proxima: cuius consummatio in combuſim. An omnia peccata mortalia non sunt spinas, & tribulos? Anima ergo quo Christi sanguine, sacramentorum susceptione irrigata, ejusque sanctissimi corporis epulo cobrata frequenter parit spinas, & tribulos, sive hujus, sive alterius speciei, reproba est, & maledictio proxima: inquit S. Paulus. Rursus cap. 10. subdit *Voluntaria enim peccantibus nobis, post suscep- tionem veritatis, iam non reliquuntur pro pec- catis hostia . . . Igitur quis faciens legem Moysi sine ultra miseratione, dubius vel tribus testibus, moritur. Quantu magis peccatis deterior mereri supplicium qui *Filiū Dei* conculcaverit, & sanguini Testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatur est, & spiritu gratie conuenientem fecerit?* Sacra menta Christi non modo gratia sanctificante ornant animam revera justificant, sed praeter particularibus gratis, & donis eadem muniant, & roboran, ut resisterent tentationibus, & pravis inclinationibus posit. Ergo hec anima post plures confessiones, & communiones frequentes probaluntur in peccata mortalia, revera sanctificata, vivificata, & roborata non fuit. Evangelium Christi clamat: *A fructibus eo- rum cognoscetis eis . . . Non potest albor bona mala fructus facere, neque albor mala fructus facere: Matth. 7. Evangelistis, non quibusdam Calvinitis, non aures prebeant Confessarii, si discernere jure velint quinam digni sacramen- torum participatione sint. Ipsi oculis conspicunt avaros, libidinosos, prodigos, amatos, & aman- sculos; saltatrixes, mimos, umquam, lufo- scules, fraudulentes, debitores morbos, fornica- tores, perjurios plurius quotannis ad sacramen- tora accedere. Quos fructus edunt plantae ista tanto donorum celestium imbe secundant? Ipsi iudicent ferant.**

*XXXV. Audiamus Patres, quos calluisse contendit dissertator suos Probabilitas. S. Thomas in *Psalm. 48*, inquit: *Propositum optime ma- nifestatur per operationem. Rursus 1. 2. quæst. 20. art. 4. Non est perfetta voluntas, nisi sit talis que, opportunamente data, operetur. S. Augustinus lib. 8. Confess. cap. 9. hæc scribit: Unde hoc monstrum? Et quare istud? Imperat animus cor- pori, & paret statim: imperat animus fibi, & re- ficitur? . . . Imperat, inquam, ut velis, qui non imperaret nisi vellet: & non sit quid imperat. Sed non ex TOTO corde vult: ergo non ex TOTO im- perat? . . . Sunt due voluntates, quix una carum TOTA non est, & hoc adegit alteri quod deest at-**

teri. Imperat animus recidivi, ut docet Disser- tator pag. 10. cum suis Casuistis, nempe aliquem conatum adhibendo; idcirco non sit quod imperat, quia non TOTU constu, non rato animo imperat. Similem laxitatem amaris lacrymis lugebat sive tempore S. Cyprianus lib. de Lapis. Emerit, fratres charissimi, novum genus eladi, & quasi parum perfectionis proculla secesserit, ac cessit ad cumulum sub misericordia titulo malum fallens, & blanda perniciens. Contra Evangelii ri- gorem, contra Domini, a Dei legem temeritate querundam laxatur incauta communicatio. Irrita, & falsa pax, periculosa dantibus, & nibil accipien- tibus profutura. Innumerous alios Patres lego tom. 9. lib. 2. diff. 3. Interim audi Concilium Tri- dentinum less. 14. c. 2. Plenam, & integrum pecca- torum omnium remissionem conquentes, ad quam tam novitatem, & integratatem per sacramentum Penitentiae MAGNIS nostris stisibus, & laboribus, divina id exigente justitia, pervenire nequaquam possumus, ut meritis paucioribus laboriosius quidam Baptismus a Sanctis Patribus dictus fuerit.

XXXVI. Magnos labores, ingentes fluctus, totum conatum in penitente; potissimum recidivo post plures confessiones frequenter prolabente, requiriunt Patres omnes, & Concilia. Contra Dissertator, & Calvinitus quos citat, ex- gunt aliquem conatum, aliquam industriam, aliquam peccatorum diminutionem. Hæc duo invicem hostiliter pugnant. Ergo doctrina Calvinitorum adversatur doctrina Scripturarum, Patrum, & Conciliorum. Opponit Dissertator pag. 17. testimonium P. Alfonsi Manrique Ord. Pred. Sed omnes Dominicani hunc Calvinitam ut laxioris Ethics scriptorem, & omni autoritate deflittum rejeciunt, contemnunt, & inter Laxistis colloquunt.

XXXVII. Ut mea minima prefert opinio, Dis- sertator in hac sua dissertatione compilavit laxiora, quæ hoc de arguento tradere Calviniti solent. Scribit enim pag. 30. Notes propriae, recidivos post TOTIES QUOTIES absolvit, quando actu verè dolent, ac proponunt. Id Confessarius innotescit ex ALIQUO ad emendationem constat, qualis certè est redditus ad confessionem ex Confessarii prescripto, ac propterea idem spem faciunt future tandem stabili conversionis. Quis hec pro- batur? Reditus ad confessioem ex prescripto Confessarii veri doloris, & vera conversionis argumentum est? Singulis diebus reditibus fornicatores, adulteri ad confessioem, dummodo totes quies à suis adulteris, & fornicati- bus absolutionem obsecrant. Aliquem etiam conatum, ut hic repetit Dissertator, ad emendationem adhibebunt, sed non omnes, & tam, ut Scriptura, & Patres exigunt, ut sua frui libidine possint. Recidivi talis quies absolvit pri- fuit quando actu verè dolent, ac proponunt. Per- egregit. At unde scire Confessarius potest, recidivos frequenter relabentes post plures confessiones fieri dolere, & vere proponere? Dolor iste supernaturalis est, & in sinu cordis abscon- dius, quem spectare Confessarius nequit. Ex fructibus dumtaxat emendationis, & bonorum ope-

operum colligere Confessarius hunc verum do- lorem, & humum propositum valer. Quo gra- vius est negotium, & gravioribus periculis ob- noxiū, co fortior conatus, & major industria requiritur ad ejusdem confessionem. Negoti- um evitandi inferni, & obtinendæ aeternæ glo- riae est omnium maximum. Ergo requirit totas vires, totum conatum, totum animum, totam mentem, ut Scriptura Sanctora, ut Patres omnes, & Concilia clamant. Contra laudatus Dissertator in hac sua dissertatione, semper abstinet ab hoc Dei sermoni, ab inculcando scilicet, ut peccatores toto corde, tota anima, tota mente Deum inquirant. Sed pag. 10. requirit conatum aliquem. Pag. 13. ex aliquo conatu ad novam vi- tam. Pag. 27. conatum aliquem ad emendationem, quo agimus, opportunè allegatos existimet. Hoc consilium sibi applicare Dissertator jure debet. Allegat ipse pag. 13. S. Thomam in 4. diff. 17. quæst. 3. quæst. 5. ad 2. ubi loquens S. Doctor (inquit Dissertator) de cognitione, quæ Confessa- riis debet cognoscere penitentis DISPOSITIONEM sic habet. Ut mitissime loquar hec est eviden- tiissima falsitas, nempe S. Doctorem ibi loqui de cognitione, quæ Confessarius debet cognoscere dispositionem penitentis; sed sermonem habet Angelicus de cognitione peccatorum, quæ peni- tens manifestat. Hæc sunt verba S. Doctoris. Alio modo per confessoris manifestacionem. Et quantum ad hanc cognitionem non potest maiorem certitudinem acceperit, quam ut subdito credat: quia hoc est ab subveniendum conscientie ipsius. Unde in foro confessoris creditur homini, & pro se, & contra se. Meridiani luce clarissi est Angelicum loqui de fide, quam Confessarius adhibere debet penitentia sua peccata manifestanti. Nec verbum ibi habet de cognitione doloris, pro- positi, seu dispositionum penitentis. Ergo Dis- sertator manifestè imponit lectoribus suis. Adducit ibidem hunc P. Suarez de recidivo textum. De quo proposito credendum est penitenti, non ab- strahit quacunque precedentie frequentia, & incon- tracta. Si Confessarius tenetur credere penitenti ex animo testanti le dolere, & propositum ha- bere emendationis, omnes accedentes ad tribunal penitentis absolviendi erunt. Omnes enim spon- si accedentes ad Sacramentum restantur se do- lere, & propositum iactant abstinendi à pecca- tis. Stulti enim essent, nisi hæc duo ostentarent, cum sciant, hæc duo, dolorem nempe, & pro- positum, materiali esse sacramentum. Nec est pre- sumptio in contrarium, inquit Auctor Disser- tationis ibidem, quando confit ex aliqua previa emendatione, ex aliquo conatu ad novam vitam. Aliquem conatum, aliquam præviam emendationem semper ostentant penitentes. Immodi leges eisulmodi Calvinarum libros, aliquot diebus ante confessionem à peccatis abstinent, ut aliquem conatum ad novam vitam, aliquam præviam emendationem perhibant Confessario. Et hoc pacto universam vitam suam communiter in peccatorum circulo, & sacramentorum frequentia ducunt.

XL. Exempla, quæ de S. Francisco Xaverio, de S. Philippo Neri, de S. Franciso Salesio, de Tom. II.

S. Andrea Avellino obrudit, incepta omniō sunt, & extranea, ad constituant regulaṁ quam servate Confessarii debent. Legē quae de S. Franciſco Xaverio ſcripsi tom. 9. lib. 2. diff. cap. 5. & de Card. Bellarmino clamante: Non eſt tanta facilitas peccandi, niſi eſt tanta facilitas abſolvendi. Omnes laici vii, & ſapientiores Theologii hanc facilitatem abſolvendi, & ad ministrandi sacramenta recidivis, & conſuetudinatis deplorant, tanquam atatis noſtræ extrema calamitatē. Et tamen ſcups citatæ hujuſe diſſertationis eò tendit, ut approbet, & conſimmet laxam diſciplinam in adiunſtrandis sacramentiſ ſecundis, & pravis habitudinibus iſtituit. Atque, ut haec lugenda conſuetudo altiores radices agat, errorum monſtra obriduntur, quaue ſunt, nec ut eviant le veſt infet periculum. Doctrina Evangelica, qua in peccatorum conveſtione requiriſt, & altius inculcat totum conatum, niſum vehementer, omnemque induſtriam, traducuntur tanquam doctrina invēctiſ à Merbeſio, ab Olbrecht, à Gennet, alijque huius note, & ſchola, inquit Diſſertator. Schola evangelica eſt qua doceſt toto, non aliquo conatu, vheſimenti, non aliqua induſtria fatigandum, enitendumque eſſe, ut quicquid à ſcelerum fentia ſurgat, Deumque totuſ corde, tota anima, tota mente, totis viribus diligit. Hac doctrina evangelica eſt, quidquid in oppoſitum clamitent Probabilisti plures, quorum falſas opinioneſ in citata diſſertatione auctor diligenter coacervavit.

§. III.

Nonnulla queſtiuncula de officio Confessarii, qua proxim speſtant, refoluntur.

I. QUÆST. I. Quid in primis obſervare Confessarii debet confeſſioneſ auditurū? RESP. Duo inter cetera ob oculos habent Confessarii oportet, 1. Juſtificationem impii maximum eſſe opus Dei, Baptiſm laboriſum aqua non frigidæ, ut prium, ſed ferventis, qua veterem pelleat excoquat, & excoit; idque maſtiffate penitentibus debet. 2. Multos eius votatos, paucos electos. Ceteratim curunt homines ad confeſſionem, non ſcuis ac ad aliquam ſolemitatem, & videntes communiter pauci rem expedi, perfunditq; tantum negotiis peragunt. Sedulo ergo, o Confessarii, penitentes inſtruat, opus purificatiōnis maximum eſſe redēptionis chieſitana fructum. Paucos uniuersi lucrabitimi: ſed pauci electi ſunt. Omniū confeſſionem vos anheleat debetis; ledne animo dpondeatis, ſi exiguis ſpondeat fructus. Satis vobis ſit, vel unam lucratī omen. Defit animas ſanctificare; velutum eſt eis inſtruere, & diſponere, ut apte evadant ad rotem caelestem ſuſcipiendū.

II. QUÆST. II. Quid obſervare debet Confessarii in interrogatione penitentium? RESP. Statim penitentis domini, servi, uxorati, juſdicis, advocationi, magnatū, Principis, adolescenti-

centis, puellæ, matrifamilias conſiderat. In examine peccatorum carnalium magna opus prudētia eſt. Omnes interrogatioſe caſta ſint. Duo impedit confiſſionis integratam queunt, malitia, & vſecondia. Haec obſtacula facile ſuperabunt, ſi infinitam Dei clementiam erga peccatores, ſi paſſionem Christi Jeſu pro ſalvando peccatoribus repreſentabunt; ſi animos adſerent ad vomenda monſtra, qua animam torqueat. At niſi Confessarius naturali acuminē, & dexteritate prudens ſit, Deique adjutorio fulſt, fruſtrā ſolia implenus.

III. Interrogat Confessarius præſentem circa prium praecipuum amandi Deum, num frequenter illud implere ſtudie int. Si deprehendetur amore Dei prædominiati in eorum cordibus, fauſa ſibi ſpondeat. Contra ſi amore mundi, voluppatum carnalium, diuitiarum regnanteſ ſpectaverit; abſurda multa timeat. Expediat num viva ſit eorum fides, & firma ſpes. In harum virtutum exercitio plusimos rudes inveniet. Et propter ea in his praecipue inſtruere eos debet. Hac tres virtutes theologiales ſunt fundamentum, & forma christiani ſedis. Si fundamenta vacillant, corruſt totum ſedis.

IV. QUÆST. III. Utrum Confessarius interrogare de ſocio criminis debeat? RESP. Jam dixi ſupra, penitentem teneri maniſtate compli-
cē, occultato nomine, & habitatione, quando reperitur Confessarius nequii qui compliceſ ignoret. Ergo etiam Confessarius interrogare aſtriguntur, quando penitentis, aut ignoranter, aut ob aliā cauila compliceſ occulit. His decretis abulum proſcribit Pontiſex illorum Confessariorum, qui aut blanditiis, aut min's extorquere a penitentibus lolet nomen complicis praetextu euidentem corrigeant. Idecirco in regno Lutitanie, ad cuius Epilicoporum preces emanarunt decretata, ſeu conſtitutioſe confirmans decretum prium, Confessarii curabant ut extra confeſſionem compliceſ maniſtarent penitentibus debet. 2. Multos eius votatos, paucos electos. Ceteratim curunt homines ad confeſſionem, non ſcuis ac ad aliquam ſolemitatem, & videntes communiter pauci rem expedi, perfunditq; tantum negotiis peragunt. Sedulo ergo, o Confessarii, penitentes inſtruat, opus purificatiōnis maximum eſſe redēptionis chieſitana fructum. Paucos uniuersi lucrabitimi: ſed pauci electi ſunt. Omniū confeſſionem vos anheleat debetis; ledne animo dpondeatis, ſi exiguis ſpondeat fructus. Satis vobis ſit, vel unam lucratī omen. Defit animas ſanctificare; velutum eſt eis inſtruere, & diſponere, ut apte evadant ad rotem caelestem ſuſcipiendū.

V. QUÆST. IV. An Confessarius aſtrigatur admovere penitentes eorum que ignorant, ſive vin-
cibiliter, ſive invincibiliter? RESP. Eulo calamo hanc queſtiunculam traſtavi tom. 2. Appar. diff. 1. cap. 4. Paucis nunc illam expediam. P. Viva in Cur. p. 6. q. 8. art. 5. n. 4. hec docet: „Si ſperatur quod penitentis advertens, v. g. matrimonium, eſſe invalidum, aut contrarium quem putat iustum, eſſe injustum, &c. ſublatum ſit ea peccata materialia; tenetur Confessarius igno-
rantiā detegere proper bonum penitentis, ne ſic contra legem Dei peccet etiam materia-
liter. Quod ſi non ſperatur profectus, ſed po-
tius timeatur quod peccatum materiale dein-

cepit“

Diff. IV. de Absolut. &c. Cap. III.

183

„ceps sit futurum peccatum formale; v. g. ſi ignorat, perdat? RESP. Respondeat Lugo dif. 2. 2. ſec. 2. num. 29. „Quid vero, ſi penitentis inter-
rogat Confessarium, vel Doctorem de te illa? „Roget Confessarium, tunc debere veritatem aperi-
re... Addit verò Sanchez cum aliquibus:
„quando penitentis non cum dubio, ſed ex
ſcrupulo interrogaret, poſſe Confessarium tace-
re, vel riſpondere, quod (N. B.) deponat
ſcrupulū: quia ſcrupulus non impedit bonam
fidem, nec ignorantiam invincibilem, quia il-
lum excusat. Hoc tamen non videatur confeſſor
querent dici: quia etiam penitentis ex ſcu-
pulo interroget, non potest Confessarius affir-
mare licitum, quod eft illicitum: ergo nec po-
terit tacere.... Poſſet quidem Confessarius
in illo caſu fingere ſe non audivisse, vel non
attendisse, vel oblitum ſuſſe riſpondere,
ut ſic remaneat in bona fide, quam prius ha-
beat, non tamen ipſius auctoritate conſi-
mata. „Fingere ergo ſe non audivisse, vel
non attendisse, judeſ, & doctoſ potest? Et qui
interrogatus tacet, non praemittit conſentire?“

**IX. Auctores citatos ſic urgeo. Aut ſperaſis
vos penitentes veftrōs reſtitutoris aliena, diſ-
ceſſuſos ab occaſione proxiما, reſiliuſos
contractuſ iuſſiſ; aut certò prævideliſ, ſi admo-
neantur nihil horum praefiſtoruſ? Si priuim,
iſpi concediſ admonendoſ fore. Si ſecundum;
ergo iſti non penitentes ſunt, ſed caci, pefiſimi,
& obſtituſ in viis pefiſimi. Ergo imparatiſi-
mi ad ſacraſta. Ergo, qui illos abſolvunt,
tremende ſupplicio à Chriſto prædicto ſubja-
cent: Si ex eis caco ducatum praefit, ambo in fo-
veam cadunt: cacus ducutus, & cacus ducens,
inquit Auguſtinus. Veritas fidei eſt penitentes
habete propositum deberet omnia divina manda-
ta ſervandi. Qui ita diſpoſiſi, & obſeruat ſunt,
ut neque ſeſte eadem mandata velint, habent
ne propositum iſtud? Cedo. Ecur Confessarius
non debet maniſtare veritatem? Ex charitate,
iniquiuitate, erga penitentes, quibus veritas no-
xiā eſt. Charitatē ergo violavit Chriſtus Domi-
nus, ejuſque Apoſtoli, & Evangelista, qui ve-
ritates mandatorum Dei reuelarunt, & explica-
rent. In hac blaſphemia abſurda conſciunt
reſentiaſ juniorum doctriṇa.**

§. IV.

Accommodare ne Confessarii ſe debeat opinioibus
penitentium, reſiliuſis propriaſ?

**I. Sc̄ripitus Doctor S. Bonaventura Confes-
ſion. cap. 4.** exclamat: O inauditus phio-
ſophandi genu! Juſdex ſententiam ferre debet ad
arbitrium rei, & rei juſdixiſ ſuſſe obtemperare
non tenetur? Exclamatioſe illa, inquit junio-
res plurimi, Rigorifarum ſunt, & Janseniftarum.
Communiſ enim Probabilisti omnes ad-
firman, Confessarios poſſe, & debere ſe ac-
commodare penitentiam opinionibus, reſiliuſis
propriaſ. Quam doctriṇam communiſ ſenſi re-
pugnant, & tom. 2. Appar. & ſupra etiam
proſigavi. Quarē nunc illam reſutabo.

Q 2

Su-

II. Supra recensiti testimonia quibus Probabiliter evincuntur, posse Confessarium dirigere penitentem secundum opinionem quam ipse Confessarius falsam esse certò sibi persuaderet, inquit Laymanus, cuius verba dedita supra tom. I. lib. II. præficitur si hæc opinio sit favorabilior, & optatoe penitenti. Si una opinio doceat (inquit P. Viva quæst. 7. art. 2. num. 6.) penitentem teneri ad restitutionem, & removendam talem occasione, ac acceptandam talem penitentiam; altera opinio doceat non teneri; NON potest absoluere negari, si penitentes sequatur opinionem sibi FAVORABILEM, dummodo probabilem; etiam Confessarius sit in opinione contraria. Hinc est quod P. Gobat, & P. Lacroix advertunt Confessarium, ut non habeat tantum suam doctrinam, sed plures sententias. Quod si confessio minus exprecessit sit, & in crumenā mentis sua non habeat has plures sententias, tunc penitentes ipsi antequam accedant ad Confessarium legere possunt Leandrum, Zanardi, Eccliarium, Gobat, Lacroix, Dianam, Bonacinam, in quorum libris super qualibet ferè materia inventient opiniones probabiles contrarias, ut feligant sibi favorabiliores, & optatores. His opinionum prædictis audeant Confessarium, cui exponant has opiniones; & secundum istas absolviri debent.

III. Si christiane Religionis hostis hæc legat, ea ut fabulationes detegatur, & Religionem Christi ut vanum commentum repudiabit. Verum nos ipsius Christi testimonis hæc rejecimus. Clamat Christus Dominus Matth. 24. Multi venient in nomine meo dicentes: Ego sum Christus, & multos seducunt: & Marc. 13. Cum audieritis bella, & opinions bellorum, ne timeritis. Optores, hæc fieri, sed nondum finis. Quid quod in ipso Veteri Testamento hæc oppositorum opinionem paradoxam abominatus Deus est. Prov. 20. Abominationis est apud Deum pondus, & pondus. Status dolosa non est bona. Opinionem pondera alia majora, alia minoria. Pondera autem minoria, & minus probabilia per Michæm cap. 6. Deus detestatur. Mensura minor ira plena. Numquid iustificabo statim impiam, & facili pondera dolosa. Si dolosa opinionem pondera non sunt illa quæ judex ipsi judicat minoria, & falsa, & tandem istis falsis ponderibus administrat sacramenta, & Dei thelauros; quænam erunt? Ut ipse judices; quam si hoc sistema rationi oppositum, audias velim quæ sequuntur.

IV. Accedit ad Confessarium Cimbria amasia doctrina lumen naturali imbuta, quæ obligacionem ostendit se separandi ab amasio. Refutat tamen separationem. Dicitur sine absoluto ne. Accedit amasis Sampronius opinione calvinistica contraria armatus, quæ non obligat ad separationem. Absolvitur amasis. Sibi mutuo occurruunt in confusa conversatione amasi, & amasianculæ, & alloquia institutum. Te non Confessarius absolvit? Urique. Quid? Mibi absolucionem negavit. Quid penitentie tibi dedit? Jejunia quatuor, elemosynas, & hospitalium visitationes. Acceptasti ne talem penitentiam?

Exequomodo non? Ego nolui eam acceptare. Noluit? Et te absolvit? Certe. An non sumus in delicto, & circumstantiis pares? Scilicet. Que ergo tantæ diversitatis causa, ut tu absolutus in Paradisum ascendas; ego sine absoluzione in orcum præcepis corruiam? Revel arcuam. Ecce. Tu non legisti Dianam, Leandrum, Zanardi, Tambrinum, Viva, Lacroix docentes imperiendam esse abolitionem. Contra ego legi. Representavi Confessario, opinionem verè probabilem, mibi favorabiliorem, & optatoem, quia eam defendunt plures, & graves Autores, ut sunt Lamas, Stoz, Todt, Burgaber, alique. Gratias tibi ago. In posterum antequam ad tribunal confessionis accedam Casuifarium benigniores revolvere volo, donec inveniam opinionem verè probabilem, & mibi favorabilem. Tum Confessarium adibo. Et si penitentiam molestat mihi imponet, si ad restitutionem, ad separationem ob occasione proxima me urgebit, intrepide respondebo: Non tenero, nolo. En opinione mihi favorabilem, que me liberat à tanto onere. Sed antequam mi tanto discrimini committam, o. o. te, obtestorque ne me decipere velis. Verum ne riepla est quod narrasti? Verisimum. Ecce iterum verba Laymani, Viva, & aliorum. Si una opinio doceat penitentem teneri ad restitutionem, ad removendam (N. B.) talem occasione, acceptandam talem penitentiam; altera opinio doceat NON teneri; non potest absolutione NEGARI, si penitenti (N. B.) sequatur opinionem FAVORABILEM, dummodo probabilem; etiam Confessarius sit in opinione contraria. Intellexi? Intellexi. Propè me beasti. Modo modo pergam ad bibliopolam, plures Casuifaria empurus, & emparia, legendos priusquam ad Confessarium accedam. Tantum mihi arcanum hactenus ignoratum erat. Nunc Site calamum. Satyram scribis. Utinam utinam satyra effet, & non simplex, & germana historia, quam ideo representavit, non ut auditoris detrahant, sed ut Christianorum aeternam salutem succurrant. Litibri publici juris sunt: Autores sibi gloria vertunt hoc sistema propagnare. Hæc sunt illorum principia. Illi bona fide similes judicant esse vera. Adversarii, qui misant nos detrahere Casuifarium, dum absurdia, quæ sistema probabilisticum consequuntur necessarij, in medium exponiunt, aut credunt hæc esse absurdia, aut feciunt. Si primum; detrahent ergo ipsi hoc sistema, quod Autores verum crederunt, atque nullam subueni noram, etiam falsum esset. An non omnes homines errare queunt? Si secundum, nempè si judicant hæc non esse absurdia, sed veritates; hoc patefaciant, & me ignorantiae arguant. Et sic salva, & integra omnia sunt.

V. Cedo. Quod si in foro, si in tribunali, ubi litteres civiles relolvuntur, tales obrinrent opiniones? Quid tum esset de humana societate? Judex rerum temporalium ex doctrina Ecclesiæ altriguntur judicare secundum probabilem doctrinam: & judex salutis aeternæ potest judicare secundum opinionem minus probabilem, quænam

ab-

Diff. IV. de Absolut. &c. Cap. III.

185

absolutè falsam judicat? Immò tenetur se accommodare peccatorum opinionibus probabilibus, quas judex iste vices Dei gerens, judicat falsas: Si hæc non sunt inaudita paradoxa, quænam erunt? Ita imbecillitati meæ videatur: ceterum judicium meum subiçio doctoribus, & superioribus.

§. V.

Quomodo se gerere debet Confessarius in concedenda, aut diffensa absolucione.

I. **P**lura hac de scriptis tom. 9. lib. 2. diff. 3. cap. 10. pauci nunc rem perstringunt. Et primò reperio, quod sapientis dixi. Manufactudine, patientia, & clementia prædits singulariter Confessarius sit opteret, præcipue dum differenda absolutione est. Absit ut penitentes asperè, & rustice reijiciantur; sed singulariter benignantia (hec est vera benignitas) debet persuadere penitenti, illum capacem non esse in tali statu absolutionis. Quoniam medicina hæc celestis non salubris, sed mortifera illi est. Eadem representant vulnera profunditatem, morbum inveteratum, præteritas confessiones cum frequenti, & ferè continuo relapsi conjunctas, nullas fuisse, & sacrilegas. Necesitatem patefaciat se disponendi, & præparandi jejunii, elemosynas, precibus ad tantum sacramentum. Ostendat eidem, quæ fuerint suorum relapsorum causæ, quæ occasions, quæ illicia, à quibus omnibus se removere debet, & angustiam viam ingredi. Benignus sit in differenda absolutione, donec videat argumenta conversionis, & sincera voluntatis mutantia vitam.

II. Confutudinarii nec prima vice absolvat. P. Lacroix lib. 6. part. 2. num. 1820. inquit: „Confessarius potest absolvere confutudinarii prima vice, quæ se accusat de peccato, ut sit confutudinarii, licet nulla admittat emendatio præcesserit, dummodo eam fieri proponat, præcipue si ultrò nemini cognitæ ad confessionem venerit, ut habet communissima contra Huigenz, Gabrielem, Offraedt, & alios Rigoristæ. Ratio est, quia sic confitens est rite dispositus, & datus estemationis, “ & C. P. Lacroix Rigoristæ vocat, qui decreta pontificia implent. Sint Rigoristæ nec ne Huigenz, Gabriel, Offraedt, nihil me attingit. Illud affero, doctrinam P. Lacroix parvum, aut nihil dilitare à thesi 6o. damnata ab Innoc. XI. Penitenti habentis confutudinem peccandi contra legem Dei, naturam, aut Ecclesiæ, estemationis spes nulla appareat, nec est neganda, nec differenda absolutionis, dummodo ore proferat se dolere, & proponere emendationem. P. Lacroix afferit, quod ut ultrò, & liberè confitetur, sit rite dispositus. Si hoc verum esset, communiter Christiani confitentes, iustificarentur, quia libere accedunt ad confessionem. Vide plura tom. 9. lib. 2. diff. 3. cap. 10. interius cave ab hac doctrina, quam jucicio fallam.

III. Qui frequenter relabuntur in peccatum conscientia voluntaria, sunt absolvendi? P. Tom. II.

Sporer 3. part. cap. 2. sec. 4. §. 3. num. 330. respondet: Redire cum iisdem peccatis de se non est signum deesse verum dolorem, & propositum emendationis; certè non magis quam si redire cum aliis novis diversi, sed solùm est signum fragilitatis humanae in talis bonitate. Hanc doctrinam propugnatam à P. Lacroix supra refutavi. Signum ergo emendationis produnt qui incident in nova peccata? Sed quod magis dolet, est quod ejusmodi doctrina dilatur à discipulis horum Casuifarum in libellis vulgari idiomate editis, ut patet in opella inscripta Pratica di confessare, & cœ. directa principalmente à Parrochi, & Confessori de ville, edita Roma 1737. in qua pag. 115. descripta doctrina villarum Parochis, & Confessarii portigitur. Juxta istos Autores, ut recidivi, & habitanti faciliter obtineat absolutionem, perperant peccata diversæ speciei, & tunc abique difficultate admittentur ad sacramenta. Quando, subdit P. Sporer ex Gobat, natus aliquis profectus, seu aliquis immunitio peccatorum, habenda est patientia. Ista enim immunitio peccatorum est signum proprium. Habenda sane est patientia. At in quo sita est patientia? In facili absolutionis concessione? Annuo, si abficio ita eos sanet. Patientia, & misericordia hæc auget, non curat morbum. Quod interdum immunitur peccata, aliudque quam ex vero profecto proflicitur. Omnes suadent sacramentorum frequentiam pro hoc vulnere medendo. At illos sic urgeo. De fide est sacramentum. Penitentia peccata delere, animam sanctificare. Eucharistia velut cælestis pabulum Christianum saginat, roboret, spiritum impuritatem extinguit. Ergo, qui hæc sacramenta recipiunt, & nihilominus in eadem peccata, non casu aliquo inpatienti, non per accidens aliqua urgente occasione, sed frequenter recidunt, effectus horum sacramentorum non experientur. Ergo sacrificia perpetrant. Quid si ejusmodi pollici Sacerdotes essent, qui quotidie celebrarent? Ista ne sacramentorum frequentia opportunum remedium?

IV. Experiencia didici benignitatem facilis absolutionis erga istos saevitiam esse immanem. Ipse plurius peccavi nimia benignitate absolutionis impetrata. Infringuntur hanc omnium difficilissimam esse fatentur omnes. Quid ergo agendum est? Dicam quod sentio, & aliorum judicio subiicio.

V. Confutudinarii, qui versantur in occasione proxima ex doctrina Ecclesiæ sacramentorum frequentia non curantur, sed occasione deliciatione. Similiter isti non sacramentorum frequentia, sed habitus eradicatione sanandi sunt. Intima est occasio hæc, & ipsi naturæ insita. Emodo quo exterior derelinqui nequit. Quomodo ergo? Carnis crucifixione, jejunii, precibus, cœlicis, humicubationibus, diciplinis, elemosyna, & segregatione ab omnibus mundi illecebri. Difficilia hæc sunt. Difficilissima, quia difficilissime curatiois morbus est. Ejusmodi infirmum sic alloquere. Quid miser ageres medio in mari constitutus furentibus undis, & procellis,

celo tonante; & fulminante, tempestate saepius exigitante, & naufragio jam jam ad te deglendum imminentem? Quid, inquam, ageres? Merces, pecunias, vestes, & omnia proceres, ut nudus portum ariperet. In funeris, leviori que tempeste verari. Gehenna aperta est, super latera inferni ambulas, furor divinae vindictae, qua à tanto tempore flagelum distulit, jam jam ictum interquæ. Nisi omnium virium conatu, quo uteris in declinando corporis naufragio, utraris in hac expellenda lepra ferociissima, & ipsi visceribus, & sanguini harente, acrum de tua salute est. Desperationis ergo laqueo me jugulas? In desperationem ne te conjectorem, si in dicto corporis naufragio constituto tibi suaderem, ut omnibus abjectis contenderes, & niteris portum nudus, & semivitus teneres? Immò tu miser de salute tua desperare obstinate vis, qui tanta obiectus mortifera peste eam expellere reculas. Difficilime praetice remedia? Verum habet. At diuturna experientia didici hunc morbum putridum aliis remedis non curari. Cedo. Quid difficultus quam projicere merces, thesauros, vestes ipsas, ut corporis naufragium evadas? Difficilliora haec sunt, quam quæ ego prescribo, ut animæ naufragium declines. Vis erga fanari? Paradisi apertus est. Christus expansis brachis te expectat. Potes ejusdem adjutus gratia, si vis. Sed necessaria est deliberatio vehementissima, atque fortissima supra quam explicari potest. Requiritur universalis magnanima, & robusta mutatio integre vita. Conatus illos adhibere debes, quos exerceres ad corporis naufragium vitandum, & flammarum ardentium fornacem. Remedium efficax in hoc veritur ut per se ipsum illis sit, dumquām se emendatores nisi difficilissimo, & violento labore, genuit, planctu, jejunio, cinere, & cilicio. Si semel portum emendationis post duorum, aut triuum mensium intervallum severa penitentia atteris, felicissimè triumphantibus ambulabis viam arcum Domini nostri Iesu Christi, non fecis ac ille qui naufragium corporis evasit. Tentionum ictus aliquos patieris; sed feliciter eos exstabis, & deridebis.

VI. His peractis, tum absolutionem imperitimi, o Confessarii, & sacramentorum frequentia, allisque pietatis operibus confirmate, & rotaborate convalescentes. Credite, credite, absolutionem facilitate foyetur hac peccatis, non sanatur. Paucos utique lucrabitini, quia pauci sunt electi. Sed cavete ne dum nimia, & crudelissima benignitate salvare istos suos continentur se in luto libidinis revolentes contendit, eternum periret ipsi. Advertez vosfris istos esse, & versutos. Se abstineat solent à pollutionibus per unam, & alteram hebdomadam, ut vobis eripiantur, & decipiatur ipsi, qui ex facilitate absolutionem anfam peccandi atripiunt.

VII. Debitoribus morosis absolutione non impetratur, nisi prius debita solvant, cum possint, & aliena restituant. Praetextus, & excusationes difficilissime admittantur. Communiter illi debitum

gravati sunt qui possint, & nolunt solvere. Pauperis nemo fidit pecuniam suam, neque mercies iis dantur, nisi protinus solvant. Divites sunt illi qui opprimunt mercatores, & artifices, ut luxum, fastum, & ambitionem fovent.

VIII. Ecce enim quoquæ vanis, ambitionis, luxum, & pompas ad ipsum tribunal deferentibus suspenderat abolitio, & præterim illis expudoratis, que nuda ubera ostentant, que cum viris sine necessitate convertantur, que munifici, & munera ab amatis recipiunt. Audit S. Carolus Borromaeus in *Infruct. Conf.* ubi rem hanc fuse explicat. Nec etiam ab solvant, qui in *velutum splendor*, aut *superflua corporis ornata* mortaliter peccant. Et quia badii *scutuli pompa*, & *vanitatis ad summum creverunt*, *parisimam ex culpa confessariorum*, qui ab hoc peccato penitentes suos *inconsolabilius* (N. B.) *abolunt*, & nullum fortassis ea de re scrupulatum ipsa movens. Si plura cupis, consulte tom. 9. lib. 2. diff. 3. cap. 10.

CAPUT IV.

De Sigillo confessionis.

I. QUÆST. I. Quo jure Confessarius custodire secretum corrum, que audierunt in confessione, debent? RESP. Tríplici, Naturali, Divino, & Ecclesiastico, ut docent omnes. Contraria haec iura peccatorum violator. Hoc sigillum oritur ex sola confessione sacramentali, qua penitentes bona fide sua peccata Sacerdoti manifestat ad obinendam abolitionem, quamvis ob indispositionem penitentem, aut defectum jurisdictionis Confessarius abolitio non impetratur. Si quis confiteretur alii se fingenti Sacerdotem, sit obnoxius sigillo effet.

II. Si quis fingeret confessionem, & sub confessionis laura provocaret ad turpia, aut injuria afficeret Sacerdotem, vel aliquod crimen Sacerdotis ministeri pertinaret, nullum hinc oritur sigillum. Similiter quando aliquid communicatur sub sigillo confessionis, etiam flexis genibus dicatur Confessor, non oritur sigillum sacramentale, sed tantum naturale. Ex sola itaque confessione ordinata ad obinendum abolitionem suo tempore opportuno dandam, oritur sigillum sacramentale.

III. QUÆST. II. Quam gravit sit sigilli custodia, & an licet aliquo in casu illud violaret? RESP. Gravissima est istius sigilli custodia, tríplice jure, ut dictum est, imposta. Nullo unquam in casu, sive privato, sive publico licetum est illud aperire, etiam subeunda mors effet, & periclitetur universus orbis. Materia istius sigilli sunt singula peccata five mortalia, five venialia determinata in confessione manifestata. Summa prudentia, & cautione hoc sigillum custodiendum est.

IV. QUÆST. III. Potest ne Confessarius loqui de auditis in confessione, ex licetia penitentis? RESP. Certum est penitentem posse impetrari licentiam dictam Confessario, cum sigillum sit in

sacrificio abstinere vel fugere, quando cognovit in confessione ab aliquo criminis socio sibi parati insidias, venenum infusum in calice, si delicti complices conicerent ab aliquo sociorum revealatum crimen esse. 2. Nequit Confessarius denegare Eucharistiam, vel benedictionem matrimonii penitentem coram uno, vel alio teste id postulant, etiam si denegari eidem abolitionem. 3. Non potest sacris interdicere Sacerdotem subditum, aut rejecere canonice electum propter crimina in confessione detecta, neque vitare excommunicatum propter occisionem Clerici in confessione manifestatam.

X. Maritus invita uxore suscipit Sacerdotium. In articulo mortis uxoris confessionem audiens intelligit matrimonium suum esse invalidum, & nullum. Fictitia uxor convalescit. Debitum peste, debet ne maritus Sacerdos reddere, cum ficta uxor sit eum non reddere ob confessionem auditam? Causa iste chimericus est. Si contingere, deberet Confessarius petere facultatem colloquendi cum easi convalesceret, & factum matrimonium rescindere. Quid si renueret? Non esset absolvenda utpote indolenta, quia parata vivere in concubinatu. Quid si abquo absoluzione convalesceret? Hypothesis iste arbitria commenta sunt. Si hypothesis occurreret, confugendum ad Deum esset, qui nunquam innocentem tentari supra id quod potest permittit. Sed repto causam chimericam esse.

XI. QUÆST. VI. Quomodo se gerere Confessarius debet quando interrogatur de auditis in confessione? RESP. Si Confessarius absolute interrogatur, potest absolutè respondere se nescire, etiam adjecto Sacramento, quia presumitur non interrogari ut Confessarius. Quid si versus interrogator peteret ut panderet ea quæ ut Confessarius sit? Tum intrepide Confessarius respondere debet, interrogationem indignam esse, & rejecere interrogatorem ut hominem iniquum. Plures alii causi discuti solent de hoc sigillo; sed quia obvii sunt, & nullius difficultatis, illos prætere. Confessarius severa, & prudenti lingua custodire omnes resolvit.

XII. QUÆST. VII. Quinam tenentur ad hoc sigillum? RESP. Præter omnes Confessarios sive legitimos, sive fictos, tenentur omnes interpres quorum ope utuntur penitentes, ut manifestent Sacerdoti peccata sua. Adstantes quoquæ huic sigillo subiecti sunt, cum absque corum praesentia fieri confessio nequeat, ut in communis naufragio, vel peste contingit. Similiter qui audiunt vel eam, vel industria peccatum confitentium sacramentaliter, servare sigillum hoc tenentur, sicut, & consiliarii, quibus ex necessitate manifestatur perfida penitentem, & Superiores à quibus peritut facutas pro reservatis.

XIII. Nec cum suo penitente de auditis in confessione loqui Confessarius potest absque expressa ejusdem licentia. Si ipse penitens loqui sponte incipiat, expressa intelligitur licentia. Continuo potest datum abolitionem potest monere,hortari, corrigerem penitentem, quia iudicium sacramentale adhuc perieverat.

XIV. Confessarius nequit ut notitia habita in confessione ad exteriorem gubernationem. Clemens VIII. an. 1594. prohibuit Regularibus ne confessionis notitia utatur ad regimen exteriorum. Quod decretum confirmavit Urbanus VIII. conf. 26. Quare infertur 1. non posse Confessarium à